



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

De Emptione & venditione. Titulus XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

VISUM fuit de precariis & commodato, quæ sunt gratia recipientis, non subji-
citur de deposito, quod fit gratia & conceden-
tis, de quo vide §. præterea. Instit. quib. mod. re
contrah. oblig. & ibi Doctores.

De Emptione & venditione.

Titulus XVII.

SVMMARIA.

- 1 Videantur instit. imperiales hoc titulo.
- 2 Res præsumitur iusto pretio vendita.

INTER contractus qui fugiunt gratia u-
triusque magis frequens est emptio & &
venditio, de quo ponit & lector videat Instit.
Imper. hoc tit. Res præsumitur & iusto pretio
vendita, l. si fundus §. quanquam & ibi Bal. ff. de
reb. eorum & c. ac valor & læsio sunt conside-
randa secundum tempus contractus, l. 2. &
ibi gl. & Bart. l. si voluntate c. de rescind. vendit.
c. ad aures & ibi gl. fin. & Can. de reb. eccl. non a-
lien. Greg. 15. decis. 553.

De locato & conducto.

Titulus XVIII.

SVMMARIA.

- 1 Videantur instit. imp. hoc titulo.
- 2 Locationes bonorum Ecclesiarum represen-
tata pecunia nullatenus valida sunt in præ-
judicium successorum.
- 3 Quæ regula indubitata est in præbendario si-
ve simplici beneficiato.
- 4 In prælato adhibenda est distinctio an loca-
verit nomine ecclesie pro ejus utilitate ob-
servatis solemnitatibus, & successor tene-
tur stare locationi.

- 5 An vero nomine suo non intendens obligare
Ecclesiam aut nomine Ecclesie inutiliter
aut neglecta solemnitate & successor non
teneatur stare locationi.
- 6 Lex Conductores C. hoc tit. non habet
locum in successore in beneficio.
- 7 Locatio an probet dominium vel possessionem.
- 8 Conductor male versatus potest expelli, sed
non perdit melioramenta.

LOCATIO tantam & similitudinem ha-
bet eū venditione, quod in quibusdam
casibus dubitari contingat, an sit locatio
vel venditio, l. 1. ff. h. t. Bart. in l. cum in plures ff.
eod. & in l. item §. qui maximos ff. de public. §. i-
tem queritur Instit. hoc tit. merito post præce-
dentem rubricam subjiicitur ista de qua vi-
de Instit. Imper. hoc tit. Locationes bonorum
Ecclesias representata pecunia, sive antici-
patis solutionibus, factæ, nullatenus validæ
sunt & in præjudicium successorum, quo-
cumque indulto aut privilegio non obtinan-
te, nec hujusmodi locationes in Romana
Curia vel extra eam confirmatur, c. magnam
sess. 25. & graves pœnæ in eis appositæ non
ligant successores, c. 2. de precar. c. de precariis.
10. quaest. 2. quæ regula & indubitata videtur
in præbendario sive simplici beneficiato,
qui non potest ultra tempus vitæ suæ loca-
re, c. 2. in fin. de præb. c. de pec. cler. Rot. decis.
sub num. 1. vers. & præmissa hoc tit. in nov. pan.
in c. fin. ne præl. vic. suas & c. num. 4. 5. & seqq.
ubi late distinguit. Imo per Extr. avag. ambitiose,
de eccl. non alien. inter communes. prohibetur
locare fructus & redditus ultra triennium.
pulchre Covar. var. resol. lib. 2. c. 16. num. 3. &
per totum Boer. decis. 224. num. 2. Rebuff. in re-
pet. §. qui vero c. extirpanda in 7. & ult. notab.
vers. circa primam, quando in arrendamentum.
In prælato adhibenda & est distinctio, an
locaverit nomine Ecclesie, pro ejus utilita-
te, ob-